

1154 s. THEOLOGIÆ LIB. IV.

queat: is sine scrupulo baptizandus est. Nam concilio Carthaginensi 5. cap. 3. recte, Placuit de infantibus, quos non inveniuntur certissimi testes, qui eos baptizatos esse sine dubitatione testentur, neque ipsi sunt per etatem idonei de traditis sibi sacramentis respondere, absque ullo scrupulo esse baptizandos, ne ista trepidatio eos faciat sacramentorum purgatione privari. Nam, ut Leo recte addit, iteratum dici non potest, quod nescitur esse factum.

CAPUT DECIMUM QUARTUM,

De coena Domini.

COENA DOMINI est sacramentum N.T. ab ipso Christo immediate in usum Ecclesiae ad finem usque mundi institutum, in quo legitima panis & vini externa administratione, sumtione, manductione & haustionemors Domini annunciatur, internè corporis & sanguinis Christi sumtio & fruitio exhibetur, & arctissima illa unio spirituosa, quâ sumus cum Christo capite nostro conjuncti, obligati & confirmatur, fideles vero suam erga Deum gratitudinem & obligacionem, communionem inter ipsos & ab aliis omnibus.